



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Tridentina. In Tridentum Jul. Cæs. Scaliger.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

sis concivi suo desiderabili, honore accepto, monumenta posuit. M. CCCC. LXXXIX Cal. Maji.

*Functus eram, sed tum veteri præclarus honore.*

*Vivebam, perit, nunc quoq; vita mihi est.*

## IN PALATIO P. JOVII.

Vividæ fœcundæq; virtuti Mæcenates nunquam desunt.

Fato prudentia minor.

## ALIBI.

*Quo juvenis properas, oculos huc flecte parumper,  
Latus eris, sed mox non sine lacrymulis.*

## IN TEMPLO.

Quem invida mors vult esse mortuum, historia, patria, orationes & carmina Benedictum Jovium mori non sinnunt. Julius Episcopus Nucerinus memorie patris opt. P. 1556.

## SUB STATUA ATTILII GRAMMATICI COMENSIS.

*Morborum vitia & vita mala maxima fugi:  
Nunc careo pœnis; pace fruor placida.*



## TRIDENTINA.

## IN TRIDENTUM JUL. CÆS.

## SCALIGER.

**N**obilis Italico qua prima urbs imminet orbi,  
*Ausoniis miscer Norica verba sonis.*

Romanum ingenium est, animus Germanus, acerba  
*Ultio, si obducta est nube serena fides.*

Accipere à Veneto, cuius pars milite leges  
*Hac potuit, si non; & valet ipsa dare.*

GEORGII FRONSBERGII  
tumulus.

Ad eum modum armatus praelium concivit ante Pa-  
piam, Gallos cecidit, castra cepit, obfessos extrema patien-  
tes servavit.

MEMORIÆ DEFUNCT. S.

Georgio Fronsbergo Imp. decretis Germanici exerci-  
tus Duci, qui per Tirolim defectionem colonorum com-  
pressit: per Liguriam & regionem Transpadanam Italæ  
urbes, populos rebelles perdomuit: ad paludes Venetas &  
turrim usque Mergeram victor accessit: ferro, igni urbem  
terruit: socias civitates oppugnatas, exercitumq; ad loca  
iniqua delapsum, ex hoste confertiss. obsidione quartum  
& quintum liberavit. vicies, plus minus, signis collatis  
pugnavit: fortitudine, celeritate, animo consilioq; rebus  
inclinatis præsentissimum se & invictum præstítit. post  
ingentia facta vita perfuncto patri opt. Gasperius F. pien-  
tiss. gemens illachrymansque mon. more majorum reli-  
giosé P. An. Christiano 1528. mens. Aug. 20. obiit diem.  
Vixit an. 54.

APUD S. MARCUM.

DOROTHEÆ TÖNNÆ.

Pudicitia, prudentia, venustate atque moribus insigni,  
uxori cariss. & benemeritæ, Andreas Burgius Cremonen-  
eques & Cæsareus consiliarius, maritus mœstiss. posuit.  
Vixit an. xxx. mens. ii. dies iii. Obiit die x. Octobr.  
M. D. XX.

*Quid gemis heu tanto felicia funera luctu?  
Turbantur lacrimis gaudia nostra tuis.  
Parce precor tristes questus effundere, vixi.  
Non erat in fatis longior hora meis.  
Immatura peri, sed tu diuturnior annos  
Vive meos conjux optime, vive tuos.*

ALIUD.

L. Romulus Pincius Mantuanus Juris utr. Doctor, Pro-  
tonotarius

tonotarius Apostolicus, ac Canonicus Tridentinus, pluribus honoribus sub Ferdinando Ser. Rom. Imp. & sub illo ac Rmo D. Bernardo Clesio Card. & Episcopo Trident. functus, quicquid à terra accepit, huic sepulcro commendat; quod verò è cælo, spe plenus, ac gaudēs Deo reddidit. Vix. an. LXX. mens. III. Obiit M. D. LXXXIIII.

## A L I U D .

Dei Opt. Max. laudibus personandis Joannes Antonius Zuriel organum cum opere marmoreo faciendum C. pecunia sua. Bernardo Clesio Cardinale Tridentinis impe- rante. M. D. XXXIIII. Vincent. Vicentin. faciebat.



## P U T E O L I S .

P Uteolis visuntur ossa stupendæ magnitudinis cum  
hac inscriptione, cuius autor perhibetur Pomponius  
Lætus:

*Huc quicunq; venis stupefactus ad ossa Gigantum,  
Disce cur Hetrusco sint tumulata solo.  
Tempore quo domitis jam vīctor agebat Iberis  
Alcides captum longa per arva pecus;  
Colle Dicæarcho claraq; arcuq; Typhones  
Expulit, & cessit noxia turba Deo.  
Hydruntum petiit pars, & pars altera Tuscos,  
Interiit vīctus terror uterq; loco.  
Hinc bona posteritas immania corpora servat,  
Et tales mundo testificatur avos.*

I N S C R I P T I O L A P I D I S N U P E R  
*in mari reperti.*

Imp. Cæs. Divi Hadriani F. D. Trajani Parthici nepos.  
D. Nervæ pronepos. T. Ælius Hadrianus Antoninus Aug.  
Pius. P. M. Trib. pot. II. Cos. II. Desig. II. P. P. Opus Pilar.  
VI. maris collapsum à Diyo patre suo permisum restituit.